M0013084: Page from Charisma sive donum sanatonis..., 1597

Publication/Creation

July 1953

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/p3zvfe78

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org state preces fundentibus, & in cordibus nostris dicentibus, cum aliquando zelum, pietatem, feruorem fidei intueremur Maiestatis regiæ terrenæ quidem, ad illam fublimem & cælestem Maiestatem tendentis manus; Domine, quas tuorum preces exaudis, si has Elizabeth Æ non exaudis? Nihil enim mihi addi posse videtur. Exaudiri principis preces dubium non est, quum inde sanitas sequatur, & certitudinem euentuum admiratio consequatur.

> 28 De certitudine euentuum, & effectuum admirabilitate.

> > Cap. 8.



Tsi profecto totum hoc charisma perfuafiffimum fides Christiana & ratio, testatissimum experientia, & com-plurium rectè sentientium consensio

reddit, haud tamen abs re fuerit aliquibus euentis comprobare, & exemplis domesticis quibus abundamus corroborare id ipfū. Sunt autem eius generis infinita propemodum, fi omnia velim numerando percenfere, & libellorum ratio ineunda est: libellorum dandorum (inquit Augustinus) quibus notitia harum rerum gigneretur, erat suis temporibus noua consuetudo, & prætereunda non est sine ingrati animi vitio, & aduersus Deum & hominem, summis certè votis

exopta-

exoptauerim, vt fanitatum præstitarum memoria afferuaretur, nomina & cognomina scriptis confignarentur, & posteritati commendarentur: nihil enim pulchrius quàm monumentis mandare præclarè facta, nihil turpius quam ciusmodi notitias cum hominibus interire, nihil fœdius quam factorum benè, & laudabiliter gratiam perire; quid est pietas nisi voluntas grata in parentes : & quæ gratior esse debet quam in parentem patriæ ! qui sunt boni ciues, qui de principe bene merentes, nisi qui patriæ ac principis beneficia meminerunt? qui fancti, qui religionis colentes nisi qui meritam Deo immortali gratiam iustis honoribus & memori mente persoluunt? Abs qu'uis homine beneficium accipere gaudeamus, abs principe verò immortaliter lætari debeamus. Quare non est committendum, vt vel indigni, vel victi beneficio tam præstanti esse videamur. Custodiendum igitur est memoria nostra quicquid salutis accipimus â principe: Permulti autem falutem consequuti funt, quos omnes enumerare necessarium haud esset mihi breuitatem consectanti, honorarium fortaffis esset, & scribendi multi essent commentarij. Ex diuersis regni provincijs confluxêre, vt requirerent morbi medelam ex familijs nobilium,ingenuorum,tenuiorum oriundi,omnis ætatis, fexus, ordinis pro falute fupplices facti; ex agris ac pagis, ex municipijs, ex hac vrbe Londino nullis laboribus sumptibusué pepercerunt, vt co-